

Juramentum præstitum a Rectoribus societatis Lombardorum circa defensionem Alexandriæ &c. Murat. A. I. M. AE. T. IV. diff. XLVIII. col. 269.

31

MCLXXVI.

In nomine D. N. J. C. anno MCLXXVI., indictione X. mense januarii. Ego juro ad sancta Dei Evangelia, quod bona fide & sine fraude regam Civitates hujus societatis, & societatem universam locorum & hominum, videlicet societatem Lombardiæ, Marchie, Romanie, & Venetie, atque Alexandriæ, ad quorum defensionem bona fide operam dabo Et si de his, que necessaria fuerint ad defensionem ALEXANDRIÆ discordia fuerit orta inter rectores, partem illorum sequar, cui Rodolphus adheferit, excepto de exercitu, vel hoste, quo non tenear nisi omnes, vel major pars Rectorum in concordiam fuerint.

Donatio vineæ, quam Anselmus fecit Otte Abbatisse S. M. de Aq. Ex Tabul. Monast.

32

MCLXXVII.

Anno ab Incarnatione D. N. J. C. MCLXXVII., indictione X. in mense januarii. Ego Anselmus filius quondam Gandulfo cum uxore mea Adalaxa fecimus cartulam donationis Ecclesie sancte Marie monasterio Aquensi in manibus Abatisse Ote precio XL. sol. de pecia una de vinea, vel terra qua jacent in territorio Aquensi in Scalugio (1). Coeret ei ex una parte Oriolo, ex alia Arnaudus Vexosio, ex tertia parte via, quarta parte Gandulfus de Bilico si que alie sunt coherentie tali quique subcesoribus defendendo pro nobis & pro nostris eredibus ohe in presentia bonorum ominum, qui testes Petrus Pelagnus, & Aquideo Ovale, Testiculo, & Ogrerius Circorus, & Arnaudus Cogo, ac Petrus Colleranus. Ego Ubertus Notarius scriptor hujus cartule donationis post traditum complevi & dedi.

(1) Scalogalo, sive sancto Calocero.

Friderici Augusti jusjurandum de observandis in sexennium induciis societati Lombardorum præstitum coram Episcopo Aquensi. Ex Murat. A. M. AE. T. IV. Col. 185.

33

MCLXXVII.

Anno a Nativitate Domini MCLXXVII. imperante Imperatore Friderico anno imperii ejus XXIII. indic. X. die lune qui fuit primus augusti in palacio Gradenfis Patriarche in presentia Cardinalium D. Bonifacii Episcopi de Novaria, domini VVale Episcopi de Aqvi, Episcopi de Taurino electi de Aste coram domino Alexandro S. R. E. S. P., Comes Henricus Dedeus, presente domino Friderico juravit in anima Imperatoris, quod ipse Imperator observabit tre-

guam Lombardis ecc.

Donatio decimæ facta a Pellegrino cum filiis suis D. Otte Abbatisse mon. S. M. de Aq. Ex Tabul. ejusdem Monasterii.

MCLXXXI.

34

In nomine sancte & individue Trinitatis sancto autem monasterio in honore sancte Dei Genitricis Marie semper Virginis in campis Aquensis civitatis non multum a suburbio dicte Civitatis longe hedificato, cui nunc Domna Otta Abbatisa divina misericordia cum aliis religiosissimis monachabus consororibus suis Deo devote sub regula beati Benedicti videtur famulari. Ego Pellegrinus filius quondam Ottonis Scachi presens presentibus dixi. Quisquis in sanctis ac venerabilibus locis de suis aliquid contulerit rebus, juxta octoris vocem centuplum accipiet, & quod melius est vitam possidebit æternam. Ideoque ego infrascriptus Pellegrinus una cum filiis meis Ottone, Agrado, Manfredo, Mistarana, Arnaldo, & Vastapaleam, Anricus Pestaroziam jugali Mobilia veniens in plena concionem monialium ad hoc specialiter vocatarum, quorum nomina subter leguntur omnimodam finem & refutationem absolutionem in predicto monasterio in manus predictæ Donne Otte Abbatisse & aliarum omnium monacharum ejusdem monasterii conventus ibidem presentium facimus de decima una, quam ex longo tempore & antiqua consuetudine per nos & antecessores nostros soliti fuimus habere & recipere a predicta Abbatisa, vel antecessoribus suis, consororibusque suis, omnibusque suis succedentibus in predicto monasterio ibidem Deo famulantibus & fervientibus vice, & nomine ipsius monasterii, ut ex modo a presenti die faciant tam sibi succedentes, quam ipse, aut cui dederint (*reliqua prorsus eadem, ac illa descripta in charta an. MCI.*)

Signum manuum predictorum jugalium Pellegrini Mobilie & filiorum suorum Ottonis, Agradi, Manfredi, Vastarave, Arnaldi, VVastapalee, Anrici Pestarunze, qui omnes ex natione sua lege viventes Romana hanc cartam finis & refutationis omnimode absolucionis totius predictæ decime, & cujusque rei, quam hucusque quolibet modo dicebant se habere & recipere debere a predicto monasterio graviter ipsum inquietando fieri rogaverunt, & predictas lib. IIII. in integrum suscepisse, ut supra legitur fatentur.

Signum manuum presbiteri Elelisei, presbiteri Petri Balduini, Johannis More, Oglerii Palmule; Item Balduini, Oberti Mussi, VVilielmi Marchese, Petri Balduini Plaxani, Passerius Belloni, testium qui interfuerunt, & per manus predicti Notarii testes se subscribi rogaverunt feliciter. Facta est hec cartula in Ecclesia predicti monasterii anno Dominice Incarnationis MCLXXXI. indic. XIII. die martis pridie nonas augusti. Ego Ugo Notarius sacri Palatii interfui & scripsi; hinc inde rogatus hanc carmode finis & refutationis & absolucionis tradidi sicut sup. leg. Ego Guido Not. S. P. rogatus, & authenticus hoc exemplum scripsi ut sup. legit. nec litteram, vel syllabam minui, vel junxi ecc.

A tergo de Nicia.